poſſunt cum mala quae minime ualerent
ſi in bonorum efficientia manere potuiſſent;
quae poſſibilitas eo euidentius nihil poſſe
demonſtrat; Nam ſi uti paulo ante collegimus
malum nihil ē cum mala tantummodo
poſſint nihil poſſe improbos liquet; Perſpi
cuum ē; atque ut intellegas quaenam ſit huius
potentiae uis. ſummo bono nihil potentius
ee paulo ante definiuimus; Ita eſt inquam;
Sed idem inquit facere malum nequit. Mi
nime; eſt igitur inquit aliquis qui omnia
poſſe homines putet. niſi quis inſaniat.
nemo; atqui idem poſſunt mala. Utinam
quidem inquam non poſſent; Cum igitur
bonorum tantummodo potens poſſit omnia.
Non uero queant omnia potentes etiam ma
lorum eoſdem qui mala poſſunt. minus
poſſe manifeſtum ē; huc accedit quod om
nē potentiam inter expetenda numeran
dam omniaque expetenda referri ad
bonū. uelut ad quondā naturę ſuae cacum
oſtendimus; ſed patrandi ſceleris poſſibi
litas referri ad bonū non poteſt; expeten
da igitur non ē; atqui omnis potentia
expetenda ē; Liquet igitur malorū poſſi

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 3, fol. [1]v – Boethius, <i> Consolatio philosophiae</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-1lgp/7090/57975)